

## Phaedrus I, 5

### Vacca et capella, ovis et leo

Numquam (e)st fidelis cum potente societas.  
Testatur haec fabella propositum meum.

Vacc(a) et capell(a) et patiens ovis iniuriae  
Socii fuere cum leone in saltibus.

Hi cum cepissent cervum vasti corporis,

Sic est locutus partibus factis leo:

„Ego primam tollo, nominor quoniam leo;

Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi;

Tum, quia plus valeo, me sequetur tertia;

Mal(o) afficietur, si quis quartam tetigerit.“

Sic totam praedam sol(a) improbitas abstulit.

vacca	Kuh
capella	Ziege
ovis	Schaf
testari	beweisen
propositum	Behauptung, Thema
patiens iniuriae	Unrecht duldend, geduldig
fuere	= fuerunt
cervus	Hirsch
vastus	hier: riesig, gewaltig
tollere	hier: nehmen
quoniam, quia	weil
sequetur me	fällt mir zu, steht mir zu
sola improbitas	= solus improbus (Abstraktum statt Person): er allein in seiner Unverschämtheit